



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 12. Rursum scriptum est & c. Decipit diabolus, vt Astrologus, qui vnus tantum stellæ ovseruat influxum: tu vero vnam alteri confer.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

& viuas tibi representabit rationes, quas dixeris esse insolubiles, porro in foliis verborum lenociniis stat eius summa fortitudinis.

Job. 40. 13  
In Catena  
Graec.  
Lib. 3.  
Mor. c. 2.  
In c. 2.  
Dan.

Et hoc ipsum indicauit in eo quod Iob praedixerat, diabolum exprimens sub metaphora Elephantis. Ne te terreat informe hoc animal: Offa eius vt fistula aris, per offa, intelligunt ambo illi D. Gregorii Nyssen. ille; Pomifex alter fortitudinem: in his Elephanus consistit fortitudo. Eius fortitudo, fistula: arca non excedit vires. Iam praefati sumus cum D. Hieronymus symbolum esse eloquentiae. Ecce eius fortitudo in quid resoluatur, nimirum in plausibiles rationes, & elegantiae flumina; Quid agit, dum talis tibi puella factei praesentat venustatem? eius gratiam, delicias quibus cum illa perfrueris; hoc totum desinit in deprecando: *Mitte te deorsum.* Quibus rationibus vitur, quod si injuriam vitus fueris, tibi cedet in tui rominis gloriam? Et qua ratione hoc tibi describit, si inuito contractui consentias: euades opulentus, hoc totum nititur in rogando, persuadendo, vt hoc facias. His suppositis. Eia age Christiane: ne stultescas: Si quis castro reclusus, praenoster, quidquid virum impenderit eius inimicus, qui circumdare castrum vallo satagit, quod se nec tangere, nec vel hilum vestis laedere valeat, dumtaxat possit, eum deprecari, & incitare, t se praecipitio deiciat se illam pugionis cupiditate excepurum: conspicuum est, quod cum e castro securus intus irideret. Si vero inimici sequatur consilium: cui culpam daret, quem caedis reum accularet, illumne qui se praecipitio collisit, an hostem qui eum ad hoc

Vide Tract  
7. n. 17.

D. Ave. incitauit, rogauit, persuasit? Probat acutè D. Ser. 167. Augustinus quomodo Christus diabolum catena inuenerit, & vt canem alligauerit. Sic enim eum nobis delineat D. Ioannes: demum Apoc. 20. interrogat: si catenatus vincatus diabolum, si ferro alligatus, quomodo contra tot tantosque viros praualeret? Et praeclearissimè responderet. *Alligatus est, tamquam in nexu carnis, & neminem potest moedere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate conuinxerit. Iam vincate, fratres, quam stultus est homo ille, quem in catena positus morietur. Tu te illi per voluptates, & cupiditates saeculi noli conuincere. Tu te illi ad te non presumes, nec edere. Lustrare n. 147. & potest, sollicitari potest, moedere omnino non potest, seqq. 2. 2. nisi voluntatem. Non enim cogendo, sed suadendo nos q. 76. n. 1. est, nec extorquet a nobis consensum, sed petit. ad 3. Alligauit eum Christus vt canem, de quo egimus alibi in Ex hac doctrina de dicit D. Thom. declarationem eius difficillimè sententiae Spi-*

D. Ave.  
Ser. 167.  
Tom. 1. o.  
Apoc. 20.

ritus sancti. Dum maledicit impius diabolum maledicit animam suam: vt latius explicauimus loco citato.

§. 12. Rursum scriptum est &c. Decipit diabolus, vt Astrologus, qui vnus tantum stella obseruat influxum; tu vero vnam alseri confer.

Forti brachio liberauit istum inimicus: at fortiori scuto Christus illum excepit. Acuta fuit altissimi philosophi replica, eam S. Scripturae testimonio confirmantis, ac solidiore multo fuit diuini professoris solutio, confundentis aduersarium, pariter nos celestibus disciplinis instruens: vt discamus ad intelligentiam S. Scripturae, non sufficere, si vnus per se locus attendatur, sed vnum cum alio esse conferendum. Proinde sic respondet: Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum: q. d. Admitto locum quem e. S. Scripturae producis: & vero verius est: quod Angelus sui Deus mandauit de te, custodiant te in omnibus vis tuis, in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, sed hoc intelligi debet, considerando rursum & pariter scriptum esse, Non tentabis Dominum Deum tuum, nec ab eo quaeres miraculum, vt Angelos suos mittat, dum nulla premit necessitas. Celeste documentum, ne te diabolus in castrum decipiat, doctrinis, sententis, locis & S. Scripturae historiis, sed vt tali modo vnam audas, quatenus ea cum aliis conferas: si enim vnum tantummodo locum admittas, caperis in errorem: hanc vitiorum astutia versipellis diabolus, tibi quaerit, at tamen illa quaerit eadem S. Scriptura proponit in argumenti solutionem Sophista subterfiet. Sacris secatent mysteriis verba Dei ad Iob, quae paulo ante retulimus, quibus huius Sophista detegit fraudes; Non parcam ei verbus potentibus. Alii Iobant; Non tacebo mendacia eius. Alii Astrologias eius, vel Astrologationes eius, q. d. Ego tibi eius Sophismata, & Astrologias detegam praedictiones.

Inachitur D. August. in Astrologos, quos vocat Mathematicos, & ait; hoc agunt, vt tibi vendant mendacia sub praetextu influxuum aerae caeli, & siderum. Diuurna, inquit, te mala, nec vicia; talis enim stellae influxus hoc praedicit, quae tuae natiuitatis tempore dominabitur.

507

Job. 41.

Vide Tract

8. §. 12.

7

nabatur. Post aliquot annorum decursus, opulentum te letaberis; en tibi stella in tuo ortu præfulgens, hoc prædixit; Patieris inimicos, quos tamen ne timearis, de illis palmam referes; hoc præsignificat Iouis cum Marte conjunctio. Er communitur, inquit D. August. in his quæ dicunt à vero aberrant; concedamus enim quod planeta ille, quem vidit Astrologus, tali radiasset influxu; & illum fuisset effectum talis stella operatura; nihilominus, sunt & alia millena; quas nec ipse considerat, nec videt, nec videre potest; influentis longe diuersis; quæ huius, quem observat, planæ, præpediunt influxum. Bona & vera Astrologia, si quæ sit, illa foret, quæ sideribus sidera conferret, & huius cum illius influxum attenderet; Hinc enim resolutionem educeret longe tutiorem; quia vnus alterius planæ aut temperat, aut impedit, aut retardat, aut imminuit influxum. Se tibi iactat diabolus peritum Astrologum, qui tibi prædicit mille euentura, & ostendit hæc præsignate planetas, hoc est S. Scripturæ loca, quam calum appello, tot stellis, quot verbis fulgurissimum. Asserit; In fine dierum ignoscet tibi Deus; hoc enim stella hæc præfert. *Pactis omnibus.* Te semper in gratiam recipiet, quousque ad Dei donum & gratiam redire placuerit, hanc eius benignam misericordiam præcurrit stella parabola; filii prodigi; ne te peccatis inquinare formides, habet Deus infinitos sacerdotēs velut Angelos, qui te his citius absoluant, hanc eorum præsignat potentiam planeta hic consolatorius; *Quorum remisistis, & cetera remittuntur eis.* Verum enim vero tibi mentitur in anima tua maximum detrimentum; Demus hypothesin, hoc ab illis præludi sideribus, quæ ipse & videt, & tibi digito signat; sunt tamen & alia, quæ signant, hunc posse effectum impediri, accidere sæpenumero mortem subitanam, & quando minus es sollicitus, fieri posse, vt insperata te præfocet apoplexia, quæ te hinc eripiat, ne tantillo quidem tibi concessio tempore, vt dixeris: *Iesus;* pariter Dei iustitiam sic cuncta iuste disponere, vt eis diuinæ suæ gratiæ mediâ subtrahantur qui, dum tempus & mediâ haberent, his in sui salutem vi neglecterunt.

Hanc Sarana fraudem hodie Christus detegit. Contendit illum diabolus irrere velut Astrologus, dum ait id quod vna præsignat stella, nimirum, quod Deus mittet Angelos suos ne tibi casu noccat. *Mitte te deorsum scri-*

*ptum est enim, quia Angelus suus &c.* Omendax Astrologe; & tu ignoras bonam Astrologiam requirere, vt vna stella cum altera conferatur, quod huius influxum, rectè non consideres, nisi & alterius adjunxeris? Consensio locum Scripturæ hoc præsignate, verumtamen adverte prædior infidelis; alterum quoque considera; quia *Rursum scriptum est; Non tentabo &c.* Quod si hoc scriptum est, scriptum est pariter & aliud, iustum non debere esse temerarium, nec de Dei potentia præsumere, dum nulla urgente necessitate possit miracula; hoc enim est tentare Deum.

Hinc discas velim, quotiescunque tortuosus ille Astrologus tibi suggerit aliquid, ostendens S. Scripturæ sidus aliquod ad sui propositum, tu oculos conuerte, & aliud sidus consule, quod prius & temperat & moderatur. Ita aduertit D. Cyprianus. *Deus est indulgens, sed præceptorum suorum exactor, & quidem diligens: Ad conuincendum vocat, sed non habentem vestem nuptialem, ligat in manibus & pedibus foras trahit. Parauit celum, sed parauit & carcerum. Parauit refrigeria, sed parauit etiam æternam supplicia. Parauit inaccessam lucem, sed parauit etiam perpetuam noctem huiusmodi, æternamque caliginem; cuius temperamenti moderamen, non habere querimus.* Si consulas id (ait D. Bernardus) quod in vna scriptum est parte, peritiole quoque id quod in alia exaratum est, & vnum alteri copulare non pigeat. Parcet tibi Deus: scriptum est enim, quod Deus Dauidi indulserit & homicidium, & adulterium, & populi scandalum, ob vnicum Peccatum. Anno; sed & pariter scriptum est, Quod Saulem Regem ob transgressum vel vnicum eius verbum, regno deiecerit, ac condemnarit, nec tamen ei præsidio fuit dicere, quod equidem dixit: *Peccavi;* nec effusa lachryma, nec orationes continuæ intimi Deo amici Samuelis, quas noctes diesque fundebat in desessus pro eo, ad sententiæ reuocationem ei valere poterunt.

Expectabit te Deus, multo licet tempore, tuarum volupratum indulgeas appetitui, & bona & animam disperdas dilapidator. scriptum est: *recepit in gratiam patet misericors filium prodigum reuertentem:* hoc te celum reddit huius stella parabola. Transca; ait tamen & decem Viginum scripta est parabola, quæ ex improbitate sponsus ad nuptias vocauit, nec tempus quinque factis indidit emendo clauo, sed portas occlusi imparatis. Intere illum suscipientem lationem, qui vitæ tempus stupis, boni tuis rapinis inlumpserat vnicui. *Domine memineris*

II.  
Vnus scri  
ptura lo  
cus alteri  
conferen  
dus ne de  
cipiamus

D. Cypri  
Episi. ad  
Eresbyter  
& Diacon  
nos vobis  
Rom.

Ser. 16. in  
Cant.

2. Reg. 22.

Luc. 23. *mei.* Non abimio, verumtamen & nota, quod illo iplo tempore, condemnarit & alterum locum latronem, sibi in cruce collatronem. Vnus est misericordia cum Petro Apostolo perituro, perfido, fedifrago, & caput statuit Ecclesie. Concedo scripturam: at perpende & horresce, qua vltus sit eodem tempore stricta iustitia, in alterum pariter Apostolum, qui cum triginta denariis traduxit aequum reiectum aeternum periturum. Liceat dare te vitis, deliciis, & sacculi voluptatibus, scriptum est enim: quod Angelus Sacerdotibus, mandavit de te, vt tibi peccata dimittant, & agrotum sanent. Non nego: sed & illud adfero, iudam ad Sacerdotes templi confugisse, nec ab illis absolutum: in deliciis sui peccatum iusto Dei iudicio condemnatum.

Hec sit igitur vltima, cum Diuus Bernardo in Psal. *Qui habitat,* resolutio: Ne te summis exponas periculis, vana spe illectus: ne te precipites deorsum in peccata, illis seductus; non enim tibi promisit Deus pro votis accurturam se adiutorem, quando te precipitas, sed tunc tantum quando per planas suae legis incedis vias, has enim stravit Deus, vt per eas ingrediamur. Non enim ait (inquit D. Bernardus) *vt custodiam te in precipitiis: sed bene in viis tuis.* Fide

III. Fide & Deo & Angelos tibi mittere: vt pedibus vacillans in anima tua miser incidas des. *Ps. 34.* Angelus Domini persurgens eos. Iunctas ex vxoris & An hunc statum in Dei seruitium assumpisti: An vxoris fidem seruas? Filiotum geris sedulam curam? & debito status tui officio satisfacis? In nitere Deo: ille tibi custodem delegabit Angelum, qui te custodiat, ducat, & prouideat, vt ille, qui Tobiam duxit & redaxit. At si per voragines & salebras incederis ad auctus, ludo conlumas opes tuas, vxoris dotem, & totus effusus vt aqua in Venerem: vt velox cursor aduolabit ruina tua, tua perditio, tua damnatio. Iuuenis es Dei addictus seruitio, recollectioni & orationi tuae nunquam non deditus aderit tibi, vt Danieli quondam Angelus, dum te inter rugientes leones sentis expositum, qui tibi cibum deferat, licet per aeris vacua, & eorum dentibus eripiat incolumem. Filius es, ex patris tui tota dependens voluntate, sic etiam vt nec matrimonium iure, nisi conformiter eius iudicio praesumas, vt Isaac, qui ad patris sui

nutum vxorem duxit, & ad hoc Eliezerum submiserunt: Ne dubites; quin sicut & tunc Deus Angelum suum delegauit; *Ipse mittet Angelum suum coram te.* Ita & modo, tibi Angelum suum Deus amandabit, qui te praeciat in viis tuis, eas applanet, ne te calu quodam collidas. Esto patri tuo obediens, imitare Iacob, qui, quo eum pater mittit, citius excurrit absque vlla repugnancia, contradictione, murmuracione. Scito, tibi mittendos Angelos, vt Iacob, quos vidit ascendentes & descendentes; tuo cunctos famulatu paratissimos. Domini tui fideliter bona procuras, vt Labani Iacob? Certo tibi perinade, venturum Angelum, qui te doceat, qua ratione tua tibi accrescant opes. An tibi concedua? Republica gubernacula? Num Iudex, num ciuitatis intentus emolumento? Ne deues a recto iustitiae tramite, sicut Sidrach, Mislach & Abdenago. Si te foruaci ardentissimum incitans comburendum tibi, vt illis Deus, destinabit Angelum, qui te de flammis educat incendio. An Centurio, an militum Dux, & hoc in statu, Dei seruas mandata? Sicut Gedeoni, mittet tibi Angelum adiutorem fidelissimum. Num puella nubilis, tam cauta tamen & integra, vt statum decet virginalem; ne diffidas, aduolabit Angelus, qui te vt alteram Agnetem, defendat & protegat intactam, An desponsata virgo, & iurata seruas fidem, diuertit men contra te fallum testimonium, sibilent in te Zoil? Eia age; velox aderit tibi Angelus, vt Susanna? innocenti v tuae praeco: Ecce Angelus tibi, qui te facit medium. An vltima cum famulabus tuis solitaria, cultris ieiuniorum? Anime quietor esto. *Vniui Dominus: iudicium custodiat me Angelus eius.* Attamen si in statu tuo per charybdes & scyllas periculis conuictus viuarias, delicias illiicias; nihil certius quam te periturum.

Subtiliter annotauit noster Card. Caietan In paternam domum Iacob reuertitur, ex qua timore Esau fratris sui perterritus discesserat, reuertitur, diu moratus in domo Laban iunctus matrimonio, binis sororibus Lye & Racheli, secum adducens duas famulas Balam & Zelpham, filios yndecim, opes innumeras greges & armenta quam plurima. Reuertitur ex Dei praeccepto, & patris ac consobrinatorum obsecrationum impatienter iter capit: cui Deus reuertere, quia Ego ego tecum. Iter suum profecquitur. Et quia non sine causa timere poterat

parerat aduentum fratris sui Esau, mittit illi Deus  
 binas Angelorum auxiliares copias; *Iacob abiit  
 itinere, quo caeperat, fueruntque ei obuiam Angeli  
 Dei, quos cum vidisset ait: Castra Dei sumi haec.*  
 Intellexit autem hoc sibi a Deo mitteri subsidium  
 ne deinceps fratrem timeret Isaacidam. O  
 quam securus exultabat Iacob: ait Rupert. *Recte  
 talem habuit occursum, qui sub obedientia peregre  
 militauerat, in fide coetauerat, in charitate dilata-  
 ta eius anima, profundissimas pro beneficiis gratias  
 agebat.* Hoc itaque praedidio munitus, lega-  
 tionem instruit ad Esau, ut iram eius sedet,  
 dum ipse Dominus Esau, Esau, Dominum suum  
 appellat. *Mitto legationem ad eum Dominum meum,  
 viam suam & opes disperit: q. d. Releuo cunctis  
 abundans, ne suspiceris, me ex bonis tuis vel-  
 le detescere, cum tanta mecum traham in comi-  
 tatu, vestris non indigeo: renuntiant legati esse  
 se munere suo perfunctos, sed tamen Ecce Esau  
 properat tibi in occursum, cum quadringentis viris.*  
*Timuit Iacob valde, & perterritus diuisit populum  
 qui secum erat.* Turmas duas instruit: si per-  
 cussit vnam, saluabitur altera: & quosdam in  
 ordinem redegit, quibus illum, exasperet venera-  
 bundus. *Quid hoc rei Iacob? Dei verbum tibi  
 datum in scalis constat inuariabile, tibi mitem-  
 dos Angelorum exercitus. Modo eos in tanto  
 conspicias numero, qui tibi dent manum, & eos  
 adeo fortes & expertos, qui uno flatu in fugam  
 compellant, & evertant, quotquot se tibi op-  
 posuerint, aduersarios. Quid igitur adeo con-  
 sternaris, quid metu obrigescis, & eo solo per-  
 celledis, quo verbo tibi renuntiat, fratrem tuum  
 Esau in occursum tuum properare? Postmo-  
 dum autem Eliscus, vt vidit, Giezi tremulum,  
 & formidantem, cum tanto comitatu aduenien-  
 te in Naaman & do tui propinquum, parum est,  
 quod illum minime timeret, sed & se eo fortio-  
 rem ostendit, & animosiores, & vt re ipsa pro-  
 barat, quam se parum tantae principis iocundaf-  
 set aduentus, maiori eum alloquitur & falsa &  
 seueritate, & id ne quidem per seipsum, sed per  
 famulum ei respondet & sic dimittit; nec tamen  
 praeculis spectabat eos Angelorum acies ordi-  
 natas: quid vero tu Iacob, tot Angelorum cir-  
 cumvallatus legionibus, & in tui praecinctis de-  
 sentio non, oblitus es?  
 O virum prudentissimum, acclamat Caietan.  
 notissima ei erat Dei conditio; qui te Angelis  
 circumcingit, custodes corporis apponit: ac  
 fiet illud, si ex tua parte, tu quantum poteris  
 non defueris desidiolus: Accrescit Iacobo ti-  
 mor, praevenerit turmarum suarum bipartitione,*

agit quod suum erat, vt se Esau opponat adue-  
 nienti, reformidat Esau: quocirca timore perter-  
 ritus, recurrit per orationem ad Deum, vt sibi in  
 hoc timendo faueat occursum. Et dum promu-  
 nere suo, quod suarum partium est, agit, sibi  
 certo certius persuadet, & securus expectat,  
 quod Deus ex sua parte illi concedet id omne,  
 quo indiget, vt se de manu fratris seruet inco-  
 lumem.  
 Timeto diabolum: quia tanquam leo rugiens  
 circuit quarens, quem deuoret. Agito ex tua par-  
 te quod tui muneris est, sensibus tuis & curis  
 firma custodiam, ne te socordem & deuoret  
 dormitantem. Diuidito id quod iustum est, ab  
 eo quod iniustum est, idque faciendo, cum id ad  
 quod teneris, praestes, esto securus, quod tibi ex  
 sua parte Deus nequaquam deerit auxilior.  
 Quidquid petuit, egit Iacob, & postmodum re-  
 currit ad orationem. *Domine, qui dixisti mihi:  
 Reuertere in terram tuam &c. minor sum cunctis  
 miserationibus tuis &c. Erue me de manu fratris  
 mei Esau.* Ecce tanta egit Iacob, Primo timet:  
 Secundo, turmas suas bipartitur. Tertio, se dat  
 orationi. Quarto, eligit munera fratris suo pre-  
 mittenda. Quinto, eadem mittit, & addit tex-  
 tus; *Precesserunt itaque munera ante ipsum, ipse  
 vero mansit nocte illa in castris.* Hoc est, inquit  
 Caietan, in eo loco, vbi erant Angelorum copiae,  
 legit D. Ambrosius, *Dormiuit in castris.* Quid modo  
 dormis o Iacob? Dormis, inquit, sic ita: equum  
 enim est, vt qui egerit id, quod erat sui muneris  
 fidat, Angelorum idque praestoleatur auxilium,  
 ac dicat: *In pace in idipsum dormiam, & requies-  
 cam.* Et hoc ipsum Christus Apostolis eun-  
 disque iustis iustillat, *Non turbetur cor vestrum,  
 hoc sermamentum,* ait D. Ambrosius, *Christianis  
 mentibus Christus inuomit pacem internam inueniens  
 animis probatorum, vt non turbetur cor nostrum, ne-  
 que exagitetur animus.*  
 §. 13. Hoc omnia tibi dabo. Tentatio praeg-  
 gnans, at meritur; promittit enim multa,  
 nec habet, nec dat aliquid.  
 NE cogitaneris, inquit Origen, quod vna aut  
 altera sagitta e vlla diabolus quicquid desi-  
 stat: nequaquam; quia quamdiu aliquas phare-  
 tra suppeditarit, eis detorquere non cessa-  
 bit, donec his omnino euacuetur: idque tanta  
 verlutia, vt acutiores seruet posteriores, vt ille  
 efficiat, quod priores efficeret minime potuerat.

1. Pet.  
 1. S.  
 Ge. 32.  
 11.  
 Ambros.  
 Li. de  
 Iacob.  
 Et vita  
 beata  
 1. Pet. 4. 9.  
 10. 1. 4.  
 1.  
 39.  
 Tract. 2. 1. 1.  
 Iob.  
 G. 3.  
 Sic

